

campanili Sacristia Reclinatorio honesto ad Reponendum sacramissimi Eucaristie sacramenti necnon fonte Baptismali orto ortalicio et aliis officinis divino cultui necessariis pro uno presbytero ydoneo et sufficienti per eosdem Incolas et habitatores eiusdem loci ponendo et Instituendo, qui Inibi in divinis deserviret ac Eucaristie et alia sacramenta ecclesiastica eisdem Incolis et habitatoribus ministraret et alia necessaria exerceceret, erigeretur et Institueretur, ac eisdem Incolis et habitatoribus postquam dicta Capella erecta fuerit et illam sufficienter dotaverint, Jus patronatus et presentandi personam idoneam ad illam dum pro tempore vacare contigerit perpetuo reservaretur, concederetur et assignaretur; ex hoc profecto prefati Incole et habitatores maximam consolationem reciperent Idque in divini cultus augmentum non parum cederet ac propterea tantis periculis obviaretur. Quare pro parte Incolarum et habitatorum predictorum nobis fuit humiliiter supplicatum, ut eis in premissis de aliquo remedio opportune providere de benignitate oplca. dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum ubique ac salutem animarum christifidelium nostris potissime temporibus quantum cum Deo possumus ex sinceris cordis nostri affectibus exoptamus ac tantis periculis, ut tenemur, obviare volentes, discretioni vestre . . . per presentes committimus et mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, si est ita ac premissa nobis exposita vera fuisse et esse reppereritis, super quo vestram conscientiam oneramus, Capellam predictam in perpetuum beneficium ecclesiasticum cum Campanili humili Campana Sacristia fonte baptismali Cimiterio Reclinatorio honesto ad honorifice Sacratissimum Eucaristie et alia sacramenta eccl. recondendum et reponendum Necnon orto ortalicio et aliis officinis pro uno perpetuo Capellano . . . sine tamen alicuius preiudicio exigatis et instituatis, necnon eisdem (Lüfte) postquam ecclesia huiusmodi fuerit erecta et illam sufficienter dotaverint, ut prefertur, Jus patronatus pro hac prima vice quam quotiens in futurum vacare contigerit, reservetis, concedatis et assignetis.

Bergament. Siegel des Cardinals aus der noch hängenden Blechfapsel entfernt.

Inhalt obiger Urkunde: Kardinal Matthäus Schinner, Bischof von Sitten, päpstlicher Delegat für Deutschland und die Lombardei, schreibt an den Abt von St. Johann im Thurtal und den Kanonikus Johann Ulrich von Chur, die Bewohner von Salez haben ihn gebeten zu gestatten, daß sie einen eignen Seelsorgspräster erhalten können. Sie begründen diese Bitte mit der großen Entfernung von der Mutter-Pfarckirche zu Benden und